



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Gula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

pedit: imò etsi aliquid à fure accipiat,
ne clamādo, vel aliâ ratione impediatur,
nisi ex officio teneatur impedire. Sotus
& Nauarr. *ibid. ref. 54.*

Vide *Restitutio.*

G
GABELLA.

1 **G**abella vt sit iusta, debet imponi
ob publicam vtilitatem, & pro-
portionaliter respectu subditorum.
Suarez, & alij 18. p. 1. tr. 3. ref. 2.

2 Qui imponunt gabellas super rebus
quæ emuntur, non ad negotiationem,
sed ad vsus vitæ necessarios, non inci-
dunt in excomm. Bullæ Cœnæ, quia hæ
gabellæ non sunt iniustæ, cùm in illis,
quantum fieri potest, seruetur æqua-
litas. Suarez & alij 3. p. 1. tr. 11. ref. 38.

Vide *Ecclesiastic. exemptio. Tributum.*

Gula.

1 **C**omedere, aut bibere absque ne-
cessitate ob solam voluptatem,
modò ne obsit valetudini, nō esse pec-
catum, affirmat Sancius, quia licitè po-
test appetitus naturalis frui suis acti-
bus. p. 3. tr. 5. ref. 6.

R 5

2 Et si

2 Et si aliquis cum aduertentiâ comedat vsque ad vomitum, non est peccatum mortale gulæ, sed solum veniale. Iq. Henriq p. 5. tr. 13. ref. 40.

H

HÆRES.

- 1 **H**æres ab intestato non tenetur quidquam dare hæredi instituto in testamento minùs solemni, nec soluere legata facta in tali testamento, dummodò non sint facta ad pias causas. quia illud testamentum iure humano est nullum. Vasq. & alij 14. Quamuis contrarium æquè probabiliter doceat Molin. & alij 11. & secundùm hos potest fieri tacita compensatio, si aliter legatum impetrare non possunt. p. 1. tr. 8. ref. 75 & p. 5. tr. 3. ref. 119.
- 2 Testator potest quemuis extraneum instituere hæredem, nulla facta mentione consanguineorum collateralium, modò absit scandalum, & grauis necessitas consanguineorum: nullo enim iure id facere prohibetur. Syluester & alij 4. p. 1. tr. 8. ref. 85.
- 3 Parentes peccant mortaliter grauando